

remanserunt. quaecumque sint neque in confusione pagano-
 rum neque in purgamentis hereticorum neque in languo-
 re schismaticorum neque in caecitate iudeorum quae-
 renda religio est sed apud eos solos qui christiani catholi-
 ci uel orthodoxi nominantur. Idest integritatis custodes
 & recta sectantes. haec enim ecclesia catholica per totum
 orbem ualde lateque diffusa omnibus et tantibus uicetur
 ad pro uetus suos & eorum correctionem cum eu-
 gilaris uoluerint. uicetur enim gentibus ad materiam
 operationis suae. hereticis ad probationem doctrinae
 suae. schismaticis ad documentum stabilitatis suae.
 iudeis ad comparationem pulchritudinis suae.
 Alios ergo inuitat Alios excludit Alios relinquit Alios
 ante cedit. omnibus tamen gratia eadem participanda
 dat potestatem siue illi formandi sint atque siue for-
 mandi siue recolligendi siue admittendi. Carnales autem
 suos id est uiuentes aut sentientes carnaliter tamquam
 paleas tolerat quibus in area frumenta tutiora sunt
 donec talibus tegminibus exuantur sed quia in hac area
 pro uoluntate quisque uel palea uel frumentum est.
 Tam diu sustinetur peccatum aut error cuius libet.